



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Concilium Oecumenicum Sæculo VI. consonum Papis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

14. AVTARIS vel Antharis regnat V II. annis.

15. AGILVLPHVVS succedit defuncto.

Regnat 25. annis. demum à Theo-

dolinda uxore conuersus baptizatur, moritur.

NOTA. Longobardi nunquam tota sunt potiti Italiâ: sed Imperatores tenuerunt Urbem Romam per Exarchos.

### Concilium Oecumenicum Sæculo VI. consonum Papis.

Fuit vnicum CONSTANTINOPOLITANVM V. contra Anthimum Theodorū, Eutychianos, Origenem, & de Tribus Capitulis, an. 553.

PARTICVLARIA complura.

### SS. Patrum, & Scriptorum Concordia sub Papis Sæculo VI.

S. GREGORIUS MAGNVS Papa; quo de supra, Doctor Ecclesiæ; prius VII. monasteriorum fundator, monachus in eorum vno & rector, studijs, oratione, inedia ob stomachi debilitatem extenuatur.

Papa demum scholas cantorum instituit: Stationes ordinavit, homiliaeque ad populum peroravit.

Inter pauperes Christum excepit; Christo specie naufragi è mensa scutelam dono misit.

Pistrix ab eo communicata, vt audit, *Corpus Domini nostri IESV Christi custodiat animam tuam in vitam æternam, subridens, interrogata causam, aiebat: Quæ*

*panem ipsa feci, tu Corpus Domini perhibebas.* Iamque Gregorius retractam ab ore ridentis hostiam sacram in altare deposuerat, & eâ in carnem vertit post totius populi orationem; ostensaque mulierem conuertit ad fidem, ad Dei laudem vniuersos: ac rursus oratione facta redijt ad speciem panis.

Mauritij Legem, Ne militiæ adscriptum liceret Monasticæ adscribere, at rogauit, informato rectius Imperatore, Huic tamen ipsius vitæ insidiantis terrificæ & prædictæ sunt, & euenerunt, de quibus in *Varijs infra.*

S. Gregorius Turonenis adolescens febricitans, omni humana ope damnata, ardebat ad S. Illidij deportari sepulcrum: proque fide sua confanatus est simulacrum edidit Clericatus. Inuitus creatur Episcopus. Miracula à se facta complura sanationum, reijcit in Sanctos, quorum S. Reliquias circumgererebat.

Visitantem ad Limina Apostolorum S. Gregorius Papa cogitatione tacita mirabatur ab gratia, paruo datâ mactulo: cui is ex oratione surgens ait: *S. Pater Dominus fecit nos, & non ipsos; Idem paruis; qui & in magnis.* Sensitque ex hoc S. Papa suas ei cogitationes paruisse.

Sepulturæ locum humillimum elegit: at iuxta S. Martinum est collocatus,